

Sertus

numerat. Nam præter honores amplissimos cognomenq; macedoniæ a quattor filiis illatus est rogo uno prætore: tribus consularibus: duobus triūphalibus: uno censorio. quæ singula quoq; paucis contigerunt. In ipso tamen flore dignitatis suæ ab catinio Labeone cui cognomē fuit Macerioni: tribuno plebis: quem e senatu censor elecerat reuertens e campo meridiano tēpore uacuo foro & capitolio ad tarpeium raptus ut præcipitaretur conuolante quidā tam numerosa illa cohorte quæ partē eum appellabat. Sed ut necesse erat i subito tarde & tanq; in exequias cū resistendi sacroq; factū repellendi ius non erat: virtutis suæ opera & censura periturus: ægre tribuno qui intercederet repto a limie ipso mortis reuocatus alieno beneficio postea uixit. Bonis inde etiā consecratis a damnatu suo tanq; parū eēt fauciū certe intortarū: expressiq; p aures sanguinis pœnā exactā esse. Evidē & Africani Aemiliiani inimicum fuisse inter calamitates duxerim ipso teste Macedonico. Siquidē liberis dixit. Ite filii celebrate exeqas nunq; ciuiis maioris funus uidebitis. Et hoc dicebat iā balearicis & creticis diadematis iā macedonicis ipse. Verū ut illa sola iniuria æstimetur: quis hunc iure felicem dixerit periclitatum ad libidinem inimici: nec Africano saltē perire. quos hostes uicisse tanti fuit? aut quos non honores currusq; illa sua uiolentia fortuna retroegit per mediā urbē censore tracto. Etenim sola hæc moriendi ratio fuerat tracto in capitoliū illo in quod triūphans ipse deo & exuīis ne captiuos quidē sic traxerat. Maius hoc scelus felicitate cōsecuta factū ē periclitato macedonico uel funus tātū ac tale pdere: i quo a triūphalibus liberis portaret in rogū uelut exequiis quoq; triūphās. Nulla ē pfecto solida felicitas. quā contumelia ulla uitæ rūpit: nedū tāta. Quod supereft nescio maior gloria an indignatiō dolor accedat: inter tot Metellos tā scelerata Catinii audaciā semper fuisse inultam.

De Diuō Augusto. Capi. xlvi.

IN Diuō quoq; Augusto quē uniuersa mortalitas in hac cēsura nūcupat: si diligēter æstimetur cūcta: magna fortis humanæ reperientur uolumia. Repulsa in magisterio equitū apud auinculum: & cōtra uolūtatem eius prælatus Lepidus. Proscriptionis inuidia in collegam Collegium in triumuiratu pessimorū ciuiū: nec æqua saltē portiōe: se prægraui Antonio. Philippēsi proelio morbo: fuga: & triduo in palude latebræ ægroti. Et ut fatenē Agrippa & Mœcenas aqua subter cutē fusa. Turgida latera. Naufragia sicula. Et alia ibi quoq; in spelunca occultatio. Iā in nauali fuga urgēte hostiū manu preces Proculeio mortis admota. Cura perusinæ cōtētiōis. Sollicitudo martis astiaci: pannoniciq; bellī. Ruinæ pōtis. Tot seditiōes militū. Tot ancipites morbi corporis. Suspecta Marcelli uota. pudēda Agrippæ ablegatio. Totiēs petita iſidiis uita. Incusatæ liberorū mortes: lū & usq; nō tātum orbitate tristes. Adulteriū filiæ. Et cōsilia patricidæ palā facta. Cōtumeliosus priuigni Neronis secessus. Aliud neptis adulterium. Iuncta deinde tot mala. Inopia stipendii. Rebellio illyrici. Seruitiorū delectus. Iuuētutis penuria. pestilētia urbis. Fames sitisq; italiæ. Destinatio expirādi. Et quadrū in media maior pars mortis in corpus recepta. iuxta hæc uariana clades: & maiestatis eius fœda suggestio. Abdicatio postumi Agrippæ post adoptionē. Desideriū post relegationē. Inde suspitio in Faibium: archanorūq; proditionē. Hinc uxoris & Tyberii cogitationes suprema eius cura. In summa deus ille celumq; nescio adeptus magis an meritus hærede hostis sui filio excessit.

Quos beatissimos dii iudicauerunt. Capi. xlvi.

Suēunt in hac reputatione delphica oracula uelut ad canstigandā hoīum uanitatem a deo suæ uel emissa. Duo sunt hæc. phediū fælicissimū qui pro patria proximo occubuisset. Iterū a Gerge rege tunc amplissimo terrarū cosultum aglauū prophodiū esse fœliciorem. Senior hic in angustissimo archadiæ parvū sed anuis uictibus large sufficiētis prædiū colebat nūq; ex eo egressus atq; ut e uitæ genere manifestum est: minima cupidine minimum in uita mali expertus.

Quem uiuentem ut deum coli iussuerunt. Capi. xlviij.

Consecratus est vius sentiensq; oraculi eiusdē iussu & iouis deorū summī a stipulatu Euthymius poeta semp olympiæ auctor & semel uictus. patria ei locri initialia. ibi imaginem eius cē: & olympiæ alterā eadē die tactā flumine. callimachū ut nihil aliud miratum uideo: ad eūq; iussisse sacrificari: quod & uiuo factitatum & mortuo: nihilq; adeo mirū aliud q; hoc placuisse diis.

De spatiis uitæ longissimis. Capi. xlviij.

Despacio atq; longinquitate uitæ hoīum nō loco & mō situs: ueq; exēpla ac sua cuiq; fors nā scēdi icertū fecere. Hesiodus qui primus de hoc aliqua pdidit fabulose ut reor multa de hominū æuo referēs cornici nouē nostras attribuit ætates. Quadruplū eius cernis. id triplicatū cornis. Et reliqua fabulosius in phœnice ac nymphis. anacreon poeta argātonio tartesorum regi. cl. tribuit ànos. cyniræ cyprioi. x. ànos amplius. Aegimio ducētos. Theopōpus Epimēidi Gnosio. clvii. Hellāicus quosdā in ætolia epio & gētis ducētos explere. cui astipulaq; Damiates memo rans pictoreū ex iis præcipuū corpore uiribusq; ēt trecētis uixisse. Ephodorus arcadū reges trecētis annis. alexāder & cornelius Dādonē quādā i illyrico qngētis uixisse. Xenophon Impetrum pulutiniorū iſulæ regē octingētis: atq; ut parce mētitus est filium eius sexcētis. Quæ oīa iſcitia tēpōg; acciderūt. an

211. v. 211.
C. 211.

Pergam
dis

Foto de
trahendō

Evidē

21

Hōstis

sui

211. v. 211.